D. Sp. S. 557

Io.Sulpitius Verulanus Petro Paulo de Comite Iuueni generoſo & ſtre
nuo. S. P. D:

Chari diſcipuli fidus præceptor non facile obliuiſcitur Petre Paule:Du
rat enim mihi adhuc illa tui inſtituendi & quæcũqꝫ:ad te ornandum ſub-
miniſtrandi ſolicitudo.Quare ad diſcendum rurſus te reuoco:non poeti
cen aut Hiſtoricen aut Oratoriam:ad quas tibi plurimum hæc lectio pro
derit:Sed ipſam Militarem diſciplinã.In qua te ſub peritiſſimi fratris tui
Io.Baptiſtæ & mõitis & auſpiciis hactenus exercuiſti:& iam ſub Nicolao
Vrſino Suanæ Comite Sororio tuo auſpicacius exercebis. Vt nihil igitur
quod ad eam callendam eſt opus deſideres: Tres de ea re ſcriptores egre-
gios quos nuperrime recognoui:Vegetium:Aelianum: & Frontinum:ſi-
mul coniunxi.& ut emendatiſſimi in tuas:& in alioꝝ manus uenirent ef-
feci. Videbis in primo q uerboꝝ nouitate & caſtrenſibus uerbis perſæpe
utitur omnem rei militaris ſciẽtiam ex maximis optimiſqꝫ auctoribus in
perſpicuam breuitatẽ enucleatam:quæ te excitatum ſolertem audentem
cautũqꝫ reddet. Alter pugnandi:& acieꝝ inſtruendaꝝ ſic te ſciẽtiam edo-
cebit:ut tantum ſit tibi animoꝝ hæc lectio adiectura ut non dubitem qn
Clariſſimi Patris Fratriſqꝫ tui:illius ſimillimi ueſtigia imitatus in præſtã-
tiſſimum uiꝝ ſis euaſurus.In tertio autem exemplorum id genus tantam
copiam lectitabis ut etiam diſertũ in re militari ſit te reddítura. Vale.